Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

iudee. Et cum accepisset symon. uocauit duos
filios suos seniores. iudam et iohannem et ait illis.
Ego et fratres mei expugnauimus hostes israel. ab
adolescentia usque in hunc diem. Nunc autem se
nui. Sed estote loco meo. et pugnate pro gen
te uestra. auxilium uero de celo uobiscum sit. Et de
dit eis .xx. milia pugnatorum et equites et
profecti sunt aduersus cendebeum. Et erat fluuius
torrens inter eos et timuit populus transire. et
(Sup. machabeorum v. capitulo Porro gerens.) transiuit primus iohannes. et insecuti sunt eum omnes.
et insonuerunt sacerdotes tubis et conuersus est in fugam
cendebeus et castra eius. et occiderunt uulne
rati multi ex eis. Vulneratus est autem et iudas
frater iohannis. et insecutus est iohannes fugi
entes usque cedronem. Et occiderunt ex eis
duo milia uirorum et redierunt filii symonis
in pace. Quod occisus est symon et duo filii eius.

(I. Iude. condam.) Porro ptolomeus filius abobi constitu
tus erat dux in campo iericho. Erat
enim gener symonis summi sacerdotis.
et habebat argentum et aurum multum.
et eleuatum est cor eius et uolebat optinere re
gionem et cogitauit dolum aduersus symo
nem et filios eius ut tolleret eos. Symon
autem perambulabat ciuitates regionis gerens
sollicitudinem earum et descendit in iericho cum
iuda et mathathia filiis suis et suscepit
eos ptolomeus in munitiuncula quam
edificauerat in dolo. Et fecit eis conuiuium
magnum et abscondit ibi uiros et intrauit
cum armatis in conuiuium et occidit symo
nem et duos filios eius et reddidit mala pro
bonis. Nam et uxorem symonis cum duobus
filiis eius minoribus uinculauit. Et scrip
sit antiocho regi. ut mitteret ei exerci
tum in auxilium. et traderet ei regionem et ci
uitates et tributa. Misit quoque ad tribunos
principes nuntios. ut uenirent ad se. et
daret eis argentum et aurum et dona. ali
os quoque misit occupare ierusalem et montem tem
pli. Porro alios misit in gazara. ut inter
ficerent iohannem. Sed precurrens quidam in
gazara nuntiauit iohanni que facta fue
rant. et ipse festinauit occupare ie
rusalem. Et occidit eos qui uenerant cum
perdere. Et factus est princeps
sacerdotum. post patrem
suum. Liber Secundus.

SECUNDUS liber
machabeorum. non est histo
rie prosecutio. sed prosecute
recapitulatio. Est enim
epistola quam scripsit iudas machabeus et senatus
iudeorum et ierosolimite dispersioni iudeorum
que exulabat in diuersis regionibus orientis.
et maxime in egipto. in qua insinuauerunt eis
duas sollempnitates a se nouiter institutas.
hortantes ut eas susciperent. et sollempniza
(Gen.) rent singulis annis. Vnam de purificatione (S. mach. iiij.)
templi. quam fecerat .xx.v. et quinta die men
sis casleu. id est decembris. post tres annos pol
lutionis facte ab antiocho epiphane.
Alteram quam instituerat .xiii. die mensis (S. Hest. ix. eo tempore)
azar. id est marcii. que dicebatur uoce syri
aca pridie mardochei. id est prima die ante
mortis diem mardochei. sic dicitur pridie kale
das septembris. id est prima die ante kalendas
septembris. quam instituerat pro incredibili
uictoria quam habuerunt in interfecto nycano
re. cuius manum et caput contra templum suspen
(Sup. vij.) sa prediximus. Nichilominus hortantes ut
sollempniter agerent diem scenophegie. et
diem ignis qui datus est de crassa aqua. quando (S. Judith postrem.)
(Ieremia vij.) neemias obtulit sacrificia. In hac autem lo
co huius epistole legitur ieremias abscondisse
archam et altare incensi in spelunca montis
in quo moyses ascendit et dominus uidit here (Deut. in fine)
ditatem. Et accesserunt quidam qui sequebantur ie
remiam ut notarent sibi locum. et non potu
erunt inuenire. Quos culpans ieremias
dixit. Ignotus erit locus iste. donec con
greget deus congregationem populi et propitius (cea nouissima tempora)
fiat. et tunc dominus ostendet hec et apparebit
maiestas domini et nubes sicut in diebus moysi. (Exo. in fine.)
(iiij Reg. vij.) et sicut cum salomon fecit. ut locus sanctificare (3 Reg. anno)
tur magno deo. Quod quia supra diximus epi
phanium dixisse ieremiam alterum dixisse
de manifestatione arche. forsitan mysti
cum fuit. Vt de manifestatione ecclesie
referatur. Nec autem ierosolimite uiderentur
sine causa has instituisse sollempnitates.
recapitulauerunt in epistola bella que fece
rant contra hostes qui frequenter ebulli
erant de prouincie et quomodo liberati erant a deo
(Signa de preteritis predicta de futuris) in manu forti. et signis et prodigiis innu
merabilibus. In hac autem recapitulatione
apposita sunt quedam que in predicta non (in primo libro)
leguntur historia. quorum quedam iam
supra posuimus. quedam uero suppressa ibi.
nunc supplebimus. Forma uero epistole hec est.
(Iuda maior in iudeo.) Populus qui est in ierusalem et in iudea. senatus
et iudas. aristobolo magistro ptolomei
regis qui est de genere christorum sacerdotum. (id est unctorum)
et hiis qui in egipto sunt iudeis. salutem et